



Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

24 Absens per biennum sine licentia Papae, & per quinquennium cum
licentia est priuatus ipso iure.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

40 CAPVT

VIII. Ferrariæ commoratus fuit;
tres enim à Collegio, scilicet,
DD. Bernardinus Scottus, Ioan-
nes Baptista Spada, & Hierony-
mus de Rubeis eumdem cum
cetera Curia prosecuti sunt; qua-
ratione Collegium Aduocato-
rum Consistorialium die 15.
Maij 1623. per acta Marii
23 Saraceni decreuit ad * affec-
tionem Decanatus requiri ac-
tualem residentiam in Curia tem-
pore, quo eius vacatio contingit,
nec propterea posse optari, vel af-
sequi per absentes ob priuatam
utilitatem; Imo Bertachinus in
suo Repertorio littera A. dixit
24 quod Aduocatus * Consistorialis
absens per biennium sine licentia
Papæ, vel per quinquennium cum
li-

PRIMVM . 41

licentia est priuatus ipso Iure l. fi-
nal. C. de Aduocat. diuers. Iudic.

Septimò Identitas muneris ,
& officij, quoniam sicut D.Gre-
gorius ait in præallegata Epi-
stola ad Bonifacium, officium De-
fensorum in Causis Ecclesiæ , &
obsequijs noscitur laborare Ponti-
ficum ; hoc * enim præstant Ad- 25
nocati Consistoriales , qui in
Causis Consistorialibus labo-
rant , cum proprium eorum
munus sit in Consistorio coram
Sacro Senatu intercessiones , seu
oppositiones electionum ad Ec-
clesias , aliasuè etiam grauiores
causas Summo Pontifici cogno-
scendas proponere , & pro alte-
ra parte tueri , testibus Vestrio,
Gregorio Tholosano, Lelio Zec-
chio,